Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26539
Copyright: Admont, Benediktinerstift

vos. ite ante. Modo nihil aliud faciam. ut vos
non scandalizemini. non accipiam mulierem. sed quietus
curam habeam domus et faciam malos dicere. qui vult
scandalizari. scandalizetur. et det frontem in pa
rietem. Sed multis dixit. numquid iudices constituti
estis a deo? (q super me) Ite. de vobis curam habetote. vos pro
me non reddetis rationem. Unus est iudex et sanctum dei
est iudicium. qui singulis reddet secundum opera eorum. Di
cebat autem haec clamans. Quidam quoque ecclesiae defen
sorum haec multotiens audientes ab eo. referre
bant quod (patriarchae) fiebat. Deus vero sciens. quod nollet ille
sanctus offendere abbatem Vitalium. induravit cor
eius. ne crederet eis. Recordabatur enim ante memo
rati eunuchi. Sed increpavit vehementer eos qui contra
Vitalium abbatem accusationem ei afferebant.
dicens ad eos. Quiescite accusare monachos.
An nescitis quod circa sanctae memoriae Constantinum
imperatorem actum fuisse conscriptiones quae de eo